HIERONYMUS
2. Hälfte 12. Jh.
Seite 88r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36492
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

que scelere et sanguine ac parricidio fabricata est. Sin autem uoluerimus
legere. quomodo dabo te ephrai. precabor te israel. sic intelligendum est quod
tibi faciam. ne precione dignus es qui tanta fecisti. Notandum quoque quo
ubi contra iudam dicit. i. populum dei non adama ponitur. et seboim sed
sodoma et gomorra. Legimus enim in isaia. Audite legem dei principes so
domorum. et adtendite uerbum domini populi gomorre. In euangelio quoque ciui
tas que apostolos non acceperit excutientibus eis pulueren pedum suorum dic
dicit. quod in die iudicii tolerabilius sit terre sodomorum et gomorre
quam illi ciuitati. Et ad hierem propheta sermo dirigitur. iustificata est
sodoma et te. Datur igitur nobis suspicio quod sodoma et gomorra. principes
fuerunt in peccato et adama et seboim earum exempla sectatae sunt. et
quod potentiores potentes tormenta patiantur: et seruus qui scit uolun
tatem suii domini et non facit ei uapulabit multis. Vnde et ecclesiastici. si his de
quibus heretici scelerib' continentur. nequaquam adame et seboim que
inferiores sunt sed sodome et gomorre que maiorum criminum esse di
cuntur cruciatib' subiacebunt. Ad hereticos quoque deceptuique populum ab eis
loquitur dns. quod non egerint penitentiam ponantur sicut adama et seboim
et nullam spem habeant salutis. rursuque clementissimus pater discat.
se suam mutare sententiam. et penitere quod talia sit locutus ut illos
quoque ad conuersionem et ad penitentiam uocare. Non faciam iniquitatem
in furore meo. non desperabo ephrai. quantum in me est. quantum
ego cupio si errorem uestrum correxerit. si me magis amauerit quam
principes heresum. Si enim ego sum et non homo lapsis manum porrigam
erantes ad salutem uocabo. et quia sos sum pietas non ingrediar ciui
tatem conuiuabula et urbes hereticorum foras exeuntes de urbibus suis
libenter recipio. in ciuitates eorum non ingrediar. Hoc quod dixerit non
ingrediar ciuitatem et iuxta lxx. sequitur. post dnm ambulabo quidam
sic interpretati sunt. ut diceret populum dnm respondisse et esse sensum
Quia conuersum est iste cor tuum. et non secundum peccata nostra fecisti nobis
sed immutaris clementiam tuam et nostra delicta non punis. et pollicetis te semper
atque clementem in nostri medio uersaturum. id circo et ego malorum hominum
non ingrediar ciuitatem nec ero de numero peccatorum. sed ambulabo
post dnm dm tuum. Hebrea autem et psona di. ta edisserunt. Non te de
relinquam. non ibo ad aliam gentem. nec ingrediar alteram ciuitatem. Post
dnm ambulabunt. quasi leo rugiet. quia ipse rugiet et formida
bunt filii maris. et uolabunt quasi aues de egipto et quasi columba
de terra assiriorum et collocabo eos in domibus suis dicit dominus